



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorum Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

A facie impiorum, qui me afflixerunt. Inimici mei animam meam
circundederunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Cauenda pe- tudinis sic agit, ac si nō satis posset custodiari ab insidijs impiorum, quod si
 ricula huma- uera ita est, & id in Apostolis quoq; uidemus Petro & Paulo, qui toties in
 narū traditi- cant & repetunt pericula humanarū traditionum, ut uideant non tantum
 onū q̄ maxi- tuisse quantū uoluerunt nos cautos reddere, quare hic affectus est timor
 me. fugientis a periculo maximo, qualem uidemus, in infantibus, qui ad pericu-
 sinus & colla sese magno conatu recipiunt, ubi quippiā periculi timor, &
 & nobis esse affectus debet ad deū patrem, a timore hypocritarū & iustitiarū
 rum, a quibus attendere etiam Christus iussit, ut diligentissime & intente
 custodiat, Vere enim non satis potest caueri hoc malum, cum etiā ab eis
 proprie uereq; piorū & sanctorum patrū, originē & autoritatē sumat, quō
 opera imitari, cū nemo nō pijsimū puet, nemo simul obseruat, q̄ non opera,
 sed fidem eorū, quæ operū fuit autor, oportuerit imitari, etiā si longe alio ope-
 rat opera facere. Nam opera patrū imitari, sit gentiliū uirtutū, iactanz, uer-
 teat opera facere. Nam opera patrū imitari, sit gentiliū uirtutū, iactanz, uer-
 lius, celata in auro fortia facta patrum, & Cicero glorie domesticis uicis se
 abū dare exemplis, nos Christianos certe fidem oportet magis spectare, sicut
 ij. Cor. iij. Habentes autē eundem spiritū fidei, & nos quoq; credidimus, pro-
 pter quod & loquimur, Et Heb. xij. Mementote p̄positorū uestrorum, qui
 uobis locuti sunt uerbū dei, quorū intuentes exitum, imitamini fidem, Item
 cap. xj. non nisi fidem patrum uocat in exemplū, sicut & Ro. iij. fidē Abræ
 dicit scriptam esse, p̄pter nos, ut & nos credamus.

Fides potius
 patrū imitan-
 da quā facta.

Cum ergo sanctorū patrū quoq; opera sanctissima, sint periculosa & pe-
 niciosa, si in exemplum trahant absq; fide, qua sunt sanctificata, quid non pe-
 riculorū & malorū inuehant tot regulæ, statuta, decreta, leges hominum im-
 pijsimorum, quorum opera, nullis exemplis patrum pollunt probare, sed de
 suo capite proprio omnia fingunt & animas hominum fallunt. Et hinc uide-
 quæ sit necessitas, tam diligētis custodiæ petitz, tam polix orationis, tam in-
 stantis & urgentis sollicitudinis huius prophete, immo populi dei in hoc pal-
 mo. Vere cadunt a latere mille & decem milia a dextris, quia plures altus dra-
 conis, q̄ uis leonis, perdit, Et nūc in Ecclesia uulgus illud concionatorum, re-
 probum circa fidem, quid aliud nobis e sanctorum gestis proponit, q̄ opuscu-
 la quædam? donec fide extincta, non nisi superstitio gentilis sit, ubi quondam
 Ecclesia dei fuit, relicto nomine tantum Ecclesie, re penitus amissa.

Non tamen uacat mysterio, pupilla oculi custodiri penita, fides enim oculus
 immo pupilla oculi est, quam quia facillimum est lædi, diligentissime est custo-
 dienda, sicut enim extincta pupilla oculi, homo cæcus in tenebris ambulat, ita
 sine fide homo totus in tenebris est, Sic Lucæ. xj. Lucerna corporis tui, oculus
 tuus est, si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, sin aut
 tem nequā fuerit, etiam corpus tuum tenebrosus erit, Idē mysterij in umbra
 alarum liceat inuenire, Alæ enim dux, uerba sunt utriusq; testamenti, umbra
 uero fides ipsa uerbi dei, caligo spiritalis animæ, in qua tuto latet, a facie uul-
 tatum & rapacium Magistrorum,

A facie impiorum, qui me affixerunt.

Inimici mei animam meam circunderunt.

Cohæret hic uersus p̄cedentibus uerbis, Custodi me, protege me, a facie
 impiorum (id est, sanctorum, iustorum, magnorum operibus non fide.) Hic
 rony. rectius, pro affixerunt, dedit, uastauerunt. Hoc enim queritur, q̄ per
 Magistros

Magistros impios potissimum uastatur Ecclesia dei, Sic & Paulus dicit de se Gal. i. Persequer & uastabam Ecclesiam dei, Persecutio em̄, ut manifestus malum minus nocet, q̄ uastatio, quæ est malum speciosum, nomine maximi boni. Tamen afflixerunt stare potest, pro dolore, quem populus dei habet ex uastatione Ecclesie dei, quo uix alius maior est, Hebraus significantius dicit. A facie impiorum, ipsi uastauerunt me, q. d. cum tyrannis, tanq̄ cum extremis hostibus pugnaui, & hic crescebam & roborabar. At impij isti, domestici hostes, qui pro pastoribus lupos agunt, pro angelis lucis, angeli satanæ, pro ministris Christi, ministri Antichristi sunt, ij tandem sunt, proh dolor, qui me mi seruire uastant, hic opus est magna & diligenti custodia, sicut pupillæ oculi, quæ uici tyrānos & mundū uastauit, uincor & uastor a meis ipsius domesticis.

Inimici mei, animam meam circū dederunt. Hebraus non habet, meam, sed sic. Inimici mei in anima obsederūt aduersum me, Vbi mihi uidetur, anima, ad inimicos pertinere, quia addit in fine, aduersum me, ut anhelum impetū impiorum describat, quo in fidei discipulos, pro suis iustitijs insaniunt. Diximus enim psal. x. Animæ in scripturis proprie tribui affectum desiderij & nausæ siue cupiditatis & abominationis, ut Gen. xxxiiij. Sichem filij mei adhæsit anima filia uestræ, Cōtra Leuit. xxvj. Et abominabitur uos anima mea, Et Numeri. xxj. Anima nostra nausæat super cibo isto leuissimo. Quare sensus est huius partis, Inimici in anima, id est, cupidissime & ardentissime, circū dederunt seu circuitū cōtra me fecerunt, quomodo Ezech. xxv, dicitur, pro eo q̄ fecerunt palestini uindictam & ulti se sunt tota anima interficientes & implentes ueteres inimicitias, Eandem impatentis cupiditatis insanā & nos Alemanni sic solemus arguere, *Erüht als gelte ym das leben.* Exemplum esto in ludæis Christum & Paulum querentibus & nostro seculo, in prauitatis hæreticæ Magistris, sophistis, adulatoribus Pa palibus, & sectis monasticis. Hanc animam seu flagrantem cupiditatē Lucas in Paulo sic eloquitur, Act. ix. Paulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos domini. Videmus enim eos, qui hac anima flagrant, q̄ acuto & festinato anhelitu spirent, donec efficiāt quod ardent facere, ut animā agere uideant, sed & latinis, Anima pro anhelitu accipitur, ut apud Plautum, An fœtet anima uxoris tua?

Illud circū dederunt seu obsederunt aduersum me, parum sonat latine, hebraice tamen bene & multum sonat, uerbo circū dederūt absoluto statu accipitur, in hunc modum. Inimici mei incredibili cupiditate & maiore ausu q̄ uiribus obsidionem fecerunt & in gyrum sese posuerunt, & hoc totū, aduersum me, ut me uastent & tollant e medio. Ita uidet, q̄ aptis & breuibus uerbis, impiorum Magistrorum uim, multitudinem & conatum describat, ut sese agglomerant, ut undiq̄ pios quærant, ut mutuas operas tradūt, ut in unum omnes sperant & ferociunt contra doctrinam pietatis, sicut hæc omnia magis exemplo & experientia intelligi possunt, q̄ uerbis doceri.

Adipem suum concluderunt, os eorum locutum est superbiam.

Paulo aliter ex Heb. Hiero. ore suo locuti sunt superbe, idem tamen sensus est. Obsecro, quid est adipem claudere? Litera nos deficit, ad Allegoriam ergo eundem est, dicitur psal. lxxvij. Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit, & ante hūc Deu, xxxij. Incrassatus est dilectus, impinguatus & dilatus, ubi

Gg ij tatus, ubi